Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sic enim quisqui esens
erat inter illos ℟ Non tulerit ℣
Quoniam cum possessores
agrorum aut domorum erant ve
nientes afferebant pretia eorum
que vendebant et ponebant
ante pedes apostolorum Dimi
tebat autem singulis prout cuiusque
opus erat ℟ Ascendens ℣
Ioseph autem qui cognomi
natus est barnabas ab apostolis
quod interpretatur filius consolationis
levites cipro genere
cum haberet agrum vendidit illum
et attulit pecuniam et posuit ante
pedes apostolorum Vir autem quidam
nomine ananias cum saffira
uxore sua vendidit agrum
et fraudavit de pretio agri con
scia uxore sua Et afferens
partem quandam ad pedes apostolorum
posuit ℟ Tempus est ℣ Sexto die
Ascendens ℣ Omnis exaltabitur es ℣
Dixit autem petrus ad a
nanam Cur tentaverunt
te sathanas cor tuum men
tiri te spiritui sancto et fraudare de
pretio agri Nonne manens
manebat et venundatum in tua
erat potestate Quare posuisti
in corde tuo hanc rem Non es
mentitus hominibus sed
deo Tu autem ℟ Ponus tulerit ℣
Audiens autem ananias
hec verba cecidit et expiravit
Et factus est timor magnus in
omnes qui audierunt Surgen
tes autem iuvenes amove
runt eum et efferentes sepelie
runt Tu ℟ Non tulerit ℣
Factum est quasi horarum spa
tium et uxor ipsius nesciens quod
factum fuerat introivit Respon
dit ei petrus Dic mihi mulier si tanto
agrum vendidistis At illa di
xit Etiam tanto Petrus autem
ad eam Quid unanimes convenistis
vobis tentare spiritum domini Ecce
pedes eorum qui sepelierunt
virum tuum ad hostium efferunt
te Continuo cecidit ante
pedes eius et expiravit Iuven
tes autem iuvenes intraverunt
illam mortuam et extulerunt et
sepelierunt ad virum suum In
antecum ℟ Exaltare domine ℣
Dominus quoniam ipsum ut ℣ Septimo
Exurgens principes dicen
tes sacerdotum et omnis qui
cum illo erant que est heresis
saducorum repleti sunt zelo
et iecerunt manus in apostolos